

**www.e-rara.ch**

**Theses de angelis malis, paradoxis assertionibus D.B.B. oppositae**

**Schweitzer, Johann Heinrich**

**Tiguri, anno 1694**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: 6.111,32

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-9579>

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

THESES  
DE  
ANGELIS MALIS,

Paradoxis assertionibus D. B. B. oppositæ;

*Quas*

Deo benignè juvante,



PRÆSIDE

JOH. HENRICO SUICERO,

L. L. S. S. Professore publico,

*Pro consequendo Examine Philosophico  
defendet,*

JACOBUS SCHLATTERUS.

*Ad diem Januarii, horis antemeridianis  
in auditorio hiberno.*

---

TIGURI

Typis DAVIDIS GESSNERI.

Anno M DC XCIV.



- I. **D**ari *Spiritus creatos*, à *Mente humana* diversos, nec corpori organico hypostaticè unitos, quos *Angelos* vocamus, ex *Scriptura S.* indubiè constat.
- II. Ipsa quoque *Ratio* non ostendit solùm *probabile* hoc admodùm esse, sed altiùs assurgens, ex *operationibus*, humanæ mentis vires, nobis cognitæ, excedentibus, *historiarum*que monumentis, & frequenti experientia testatissimis, eos existere tantùm non evidenter *demonstrat*.
- III. *Spiritus* hos, quatenus à *Deo* conditi sunt, dignum *Auctore* fuisse opus, adeòque *voluntate*, *studiisque* ad eum *conversos*, pariter certum est; quippe quum *Deus* in nullo opere se abnegare possit.
- IV. Omnes tamen *originem* suam, in *veritate* stando, servasse, nec *Revelatio* nec *Ratio* ostendunt, sed illa contrarium apertè testatur, hæc monita faciliè assentitur, haud obscuris *indiciis* plurium *Spirituum*, animum à *Deo* aversum, & nocendi desiderio æstuantem ostendentibus, compulsæ.
- V. Unde in *Scriptura S.* toties de *Spiritibus immundis*, quos *Diabolos* vocat, sermo est. Apud ipsos quinetiam *Gentiles* opinio de *Demonibus malisque geniiis* receptissima & quasi catholica fuit.
- VI. *Unicum* verò duntaxat, non *plures* esse sub *uno principe* conspirantes, professumque *Dei & Hominum odium* opere monstrantes, assertio est solâ sentiendi lubricæ, non ullo argumento convincente nixa.
- VII. Quòd enim, v. gr. *unicus* fuerit qui *Protoplastos* de statu felicitatis, non *exemplo*, ut *D. B.* arbitratur, sed *consilio*  
pes-

peſſimo deiecit, neſcitum evincit uno plures non eſſe, ſed  
oſtendit duntaxat, unum de turba, *Principem* nempe, feciſ-  
ſe id, quod cæteris univerſis æquè fuit in votis.

- VIII. Cui ſeductori *Serpentem* verum vicem organi ſuppleſ-  
ſe, ex quo talia *locutus* ſit, quibus primi homines ab obſe-  
quio Dei abducti fuerunt, etiam ipſis Gentilibus, de *Serpen-  
te malorum aureorum* *custode*, item de Dæmonum, Principe  
*Ophioneo*, avita tradentibus, innotuiſſe plus quam com-  
pertum eſt.
- IX. *Organorum autem vocalium* in *Serpente defectum*, vel ad  
ſoni articulati formationem *ineptitudinem* cauſari, ne *Scriptura*  
& *narrationi* propagatæ ad ſeros uſque nepotes tua  
conſtet fides, hominis eſt aliquid audentis, & ratiunculis  
leviſſimis exploratiſſima exhibilare volentis.
- X. Pariter uno impetu cuncta, quæ hiſtoria de *Ἐγλασεμύθοις*,  
*ventriloquis*, item de *Muſcis* reſponſa reddentibus, com-  
memorant, quis proſtraverit, magno quidem auſu, ſed  
nullo niſi pudendo cum ſucceſſu.
- XI. Audax non minùs eſt Novatoris aſſertio, *Satanam* quem  
*unicum* eſſe vult, ſimul atque peccavit, & exemplo Proto-  
plasto ſeducti, *Orco* ita concludum, ut abinde nihil in ter-  
ra moliri vel agere potuerit, verbis *Scripturæ*, ad eam con-  
firmandam, contra *Scriptorum Θεοπνεύτων* mentem peſſi-  
mè inflexis.
- XII. Planè prout prodigioſa eſt *σεβλασις* *detorſio* locorum  
2. Pet. II. 4. & Judæ v. 5. de meticuloſis in terram Canaan  
miſſis *exploratoribus*, eorùmque *pæna* exponentis.
- XIII. Non itaque mirandum errorem non ibi ſubſtituiſſe,  
unde cœpit, ſed propagineſ ſuas latiùs diffuſiſſe, eò uſque,  
ut quæ univerſa S. *Scriptura*, *Evangelica* cum primis *Hiſto-  
ria*, toties de *Satana*, *Diabolis*, *malis* & *impuris Spiritibus*  
dicit, de peccato vel hominibus peſſimis intelligenda; quæ  
item de *Energumenis*, ſive *obſeſis* narrat, ad *furorem melan-  
cho-*

*cholicum*, & *maniam* trahenda esse, infelix admodum harum rerum arbiter, pronunciauerit.

XIV. Quæ ut ad sacræ narrationis putidam *παρρηγιειαν* spectant, & de animo Scripturis, quàm suis adinventionibus infensiore haud leuem excitant suspicionem, ita multum gloriæ roboris & potentix *Christi* detrahunt; quod utinam Clar, alioquin Vir agnosceret, & confessione ingenua culpam expiaret!

XV. Iniqui tamen sunt, qui detestati huius erroris incunabula quærunt in dogmate Philosophorum, Mentis non aliter nisi cogitando & volendo operari afferentium, omnemque effectum Dei arbitrio ita submittentium, ut is solus sit, qui non minus certos corporum motus, quàm varias in anima quoque factas impressiones, ex *eminenti & sancto Dominio*, ipsorum *Demonum* voluntati quandoque subiecit; id quod plenius demonstrasse alterius erit operæ.



F I N I S.

